


**Feria VI infra Octava Epifanié
AD VESPERAS**



Schola Gregoriana Gedanensis



MODUS INCHOANDI VESPERAS.

DE-us in adju-tóri-um meum inténde. Rg. Dómine

ad adjuvándum me festína. Glóri-a Patri, et Fí-

li-o, et Spirí-tu-i sancto : Sicut erat in princí-

pi-o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-

Temp. Septuagesimæ,
omisso allelúia., post
Sicut erat. dicatur :

lórum. Amen. Alle-lú-ia.

Laus

ti-bi Dómine, Rex ætérnæ glóri-æ.

Ant.
toni vij.

Sub tu-um præsí-di-um confúgimus, sancta

De-i Génitrix : nostras depreca-ti-ónes ne despí-




ci-as in ne-cessi-tá-tibus : sed a pe-ri-cu-lis cunctis




lí-bera nos semper Virgo be-ne-dicta.



I. Ant.
III b
Dómi-ne. *Ps.* probásti me et cognovísti me.



E u o u a e.



Alle-lú-ia. *Ps.* Dómi-ne. E u o u a e.

Psalmus 138, j

Dómine, probásti me, et cognovísti me: * tu cognovísti sessiónem meam, et resurrectióнем meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe: * sémitam meam, et funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti: * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovísti ómnia novíssima, et antíqua: * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, et non póttero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a fácie túa fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es: * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris:

Etenim illuc manus tua dedúcet me: * et tenébit me déxtera tua.


Et dixi: Fórsitan ténebræ

concultabunt me: * et nox
illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur a te, et nox sicut
dies illuminabitur: * sicut

tenebræ ejus, ita et lumen
eius.

Quia tu possedisti renes
meos: * suscepisti me de utero
matris meæ.



Ant. Dómi-ne, probásti me et cognovísti me.



Mi-ra-bí-li-a. Ps. Confi-tébor. Eu o u a e.

Psalmus 138, ij

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: *
mirabilia opera tua, et anima
mea cognoscit nimis.

Non est occultatum os meum
a te, quod fecisti in occulto: *
et substantia mea in inferioribus
terræ.

Imperfictum meum vidérunt
oculi tui, et in libro tuo
omnes scribentur: * dies formabuntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati
sunt amici tui, Deus: * nimis
confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, et super

arénam multiplicabuntur: * ex-
surrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris, Deus, peccatores: * viri sanguinum, declinare a me:


Quia dicitis in cogitatione: *
Accipient in vanitate civitates
tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam? * et super
inimicos tuos tabescébam?


Perficto odio óderam illos: *
et inimici facti sunt mihi.

Proba me, Deus, et scito
cor meum: * interroga me, et
cognósce sémitas meas.

Et vide, si via iniquitatis in
me est: * et deduc me in via
æterna.



Ant. Mi-ra-bí-li- a ópe-ra tu- a, Dómi- ne, et á-nima



me- a cognóscit nimis.



Ne de-re-línquas me. *Ps.* E-ri-pe. Eu ou a e.

Psalmus 139

Eripe me, Dómine, ab hó-
mine malo: * a viro iní-
quo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes
in corde: * tota die constitué-
bant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut
serpéntis: * venénum áspidum
sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de
manu peccatóris: * et ab ho-
mínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplantáre
gressus meos: * abscondérunt
supérbi láqueum mihi:

Et funes extendérunt in lá-
queum: * juxta iter scándalum
posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es
tu: * exáudi, Dómine, vocem
deprecationis meæ.

Dómine, Dómine, virtus sa-
lútis meæ: * obumbrásti super
caput meum in die belli.

Ne tradas me, Dómine, a
desidério meo peccatóri: *
cogitavérunt contra me, ne
derelínquas me, ne forte exal-
téntur.

Caput circúitus eórum: * la-
bor labiòrum ipsórum opériet
eos.

Cadent super eos carbónes, *
in ignem dejícies eos: * in mi-
sériis non subsístent.


Vir linguósus non dirigétur
in terra: * virum injústum mala
cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dómi-nus judícum ínopus, * et vin-dictam páuperum.

Verúmtamen justi confite-búntur nómini tuo: * et habi-tábunt recti cum vultu tuo.



Ant. Ne de-re-línguas me, Dómi-ne, virtus sa-lú-tis me-æ.



Dómi-ne. *Ps.* clamá-vi ad te, exáudi me. Euouae.

Psalmus 140

Dómine, clamávi ad te, ex-audi me: * inténde voci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátko mea sicut incénum in conspéctu tuo: * elevátko mánuum meárum sa-crificium vespertínum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo: * et óstium circum-stántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malitiæ, * ad excusándas excusatíones in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: * et non communi-cábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, et increpábit me: *

óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.


Quóniam adhuc et orátko mea in beneplácitis eórum: * absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt: * sicut crassítudo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra se-cus inférnum: ꝑ quia ad te, Dó-mine, Dómine, óculi mei: * in te sperávi, non áuferas ániam meam.

Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi: * et a scán-dalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus pec-catóres: * singuláriter sum ego donec tránseam.



Ant. Dómi-ne, cláma-vi ad te, ex-áudi me.

5. Ant.
III b



Educ. Ps. Voce me- a.

E u o u a e.

Psalmus 141

Voce mea ad Dóminum cláma-
ví: * voce mea ad Dó-
minum deprecátus sum:

Effúndo in conspéctu ejus
oratióne meam, * et tribula-
tióne meam ante ipsum pro-
núntio.

In deficiéndo ex me spíritum
meum, * et tu cognovísti sémi-
tas meas.

In via hac, qua ambulábam, *
abscondérunt láqueum mihi.

Considerábam ad déxteram,
et vidébam: * et non erat qui
cognósceret me.

Périit fuga a me, * et
non est qui requírat ánimam
meam.

Clamávi ad te, Dómine, *
dixi: Tu es spes mea, pótio
mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecationem
meam: * quia humiliátus sum
nimis.

Líbera me a persequéntibus
me: * quia confortáti sunt su-
per me.


Educ de custódia ánimam
meam ad confitendum nómini
tuo: * me exspéctant justi,
donec retríbuas mihi.

Ant. Educ de custó-di- a ánimam me- am, Dómi- ne, ad



confi-téndum nómi-ni tu- o.

T. Pasch.
Ant.



Alle-lú- ia, alle-lú- ia, alle- lú- ia.

Capitulum

Is. 60

Czytanie

Iz 60, 1

Surge, illumináre Ierúsalem:
quia venit lumen tuum, et
glória Dómini super te orta est.

Wstań, oświeć się Jeruza-
lem: bo przyszła świa-
tłość twoja, a sława Pańska we-
szła nad tobą.

Deo Gratias

Hymnus

III

Hostis Heródes ímpi- e, Christum vení- re qui times?

Non é- ri-pit mortá- li- a, Qui regna dat cæ- lésti- a.

2. I-bant Ma-gi, quam ví-de- rant, Stellam sequén-tes prævi- am:

Lumen requí- runt lúmi- ne, De- um fa-téntur múne- re.

3. Lavágra pu-ri gúrgi- tis Cæ-léstis Agnus átti-git: Peccá-

ta, quæ non dé-tu- lit, Nos ablu- éndo sústu- lit. 4. Novum

genus po-tén- ti- æ: Aquæ rubéscunt hýdri- æ, Vi-númque

jussa fúnde- re, Mu-tá-vit unda o-rí-gi- nem. 5. Gló-ri- a

ti-bi, Dómi- ne, Qui appa-ru- í- sti hódi- e, Cum Patre et

Sancto Spí-ri- tu, In sempi- térrna sáecu- la. A-men.


¶. Reges Tharsis, et ínsulæ múnera ófferent.

¶. Reges Arabum, et Saba dona addúcent.


Ad Magn.
vel
ad Mem.
Ant. VII a




Vi-déntes stellam Ma-gi gaví-si sunt gáudi-o magno:




et intrántes do-mum, obtu-lé-runt Dómino aurum, thus,




et myrrham. *Cant.* Magní-fi-cat. Eu o u a e.




MAGNI-FICAT * á-nima me-a Dóminum. 2. Et exsul-




tá-vit spí-ri-tus me-us * in De-o sa-lu-tá- ri me-o.




3. Qui-a respéxit humi-li-tátem ancíllæ su-æ : * ecce




enim ex hoc be-á-tam me dicent omnes ge-ne-ra-



ti-ónes. 4. Qui-a fe-cit mi-hi magna qui potens est : *



et sanctum nomen e-jus. 5. Et mi-se-ricórdi-a e-jus



a progé-ni-e in progé-ni-es * timéntibus e-um.

6. FECIT potén-ti-am in bráchi-o su-o : * dispérsit

supérbos mente cordis su-i. 7. DE-PO-SU-IT poténtes

de se-de, * et exaltávit húmi-les. 8. E-SURI-ENTES

implévit bo-nis : * et dí-vi-tes dimí-sit inánes.

9. SUSCE-PIT Isra-el pú-e-rum su-um, * recordátus

mise-ricórdi-æ su-æ. 10. SICUT locútus est ad patres


nostros, * Abraham, et sémi-ni e-jus in sæcu-la.

11. GLORI-A Patri, et Fí-li-o, * et Spi-ri-tu-i sancto :

12. SICUT e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, * et


in sæcu-la sæcu-lórum. Amen.

Preces:




KYRI-E éléison. Christe éléison. Kyri-e éléison.

Pater noster. secreto. Deinde dicatur ab Hebdomadario:



Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. R^g. Sed líbe-ra



nos a ma-lo.

Oratio


Vota, quæsúmus, Dómine,
supplicántis pópuli cælesti

pietáte proséquere: ut et quæ
agénda sunt, vídeant; et ad im-
plénda quæ víderint, convalé-
scant. Per.


Ad Memoriam Ant. VI



Gaude- amus omnes fidéles, Salvátor no- ster natus est in mundo:



hódi- e procéssit pro- les magní-fi-ci gérmí- nis, et persevé-rat pu-



dor virgi-ni-tá-tis.

V. Tamquam sponsus.

R^g. Dóminus procédens de thálamo suo.

Concéde, quæsumus, omní-potens Deus: ut nos Unigé-niti tui nova per carnem Natívitás líberet, quos sub peccáti iugo ve-tústa sérvitus tenet. Per eundem

Dóminum nostrum Iesum Chri-stum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, per ómnia sæcula sæculórum.



Benedi-cámus Dó-

mi-no. Rx. De-o

grá- ti- as.